



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac  
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,  
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XXIII. Albiniacvm Abbatia In Territorio, & dioecesi Atrebatenſi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11321**

Tertia fundatio facta est anno 1132. iuxta Bullam Innocentij Secundi, per illustres Principes, Berchtoldum Comitem de Andechs, & Ottone Comitem de VVolfrathausen, vna cum vxoribus Sophia & Lauritia, & liberis eorum, qui arcem suam Damasiam verterunt in monasterium, construentes ibi Ecclesiam in honorem B. Mariæ virginis, dotantes eam mobilibus & prædijs, nec non pluribus privilegijs, offerentes eam tutelæ B. Petri & sedis Apostolicæ, cui annuatim vnum aureum persoluerent.

Auentinus in Chronico ita ponit: *Arnolphi filij, Poppo, Berchtoldus I. Otto VVolfrathusius & Gebhardus: hi Damasiam in templum vertere.* Otto Episcopus Bambergensis hanc Ecclesiam multis quoque beneficijs & prædijs iuuit, videlicet Kircheim, Munsing, Pierdorf, Schmiechen & Prunnen Ecclesijs; qui obiit anno 1196. Sic ferè Hundius in Metropoli sua Salisburgensi,

## CAPVT XXIII.

ALBINIACVM ABBATIA IN TER-  
ritorio, & diœcesi Atrebatenſi.

**S**Kilianus Episcopus, regio sanguine in Hibernia procreatus, cum multarum virtutum decore polleret, à prouinciæ illius clero & populo ad Episcopatum est electus.

F. 5

Cui

Cui iugo, licet inuitus, humiliter collum subiecit. Contigit cœnobitis ipsius pransuris negligentia pistoris panem deesse: vir Dei succensam officinam intravit, veste sua prunas eiecit, & clibanum mundauit, panemque per stupendam Dei bonitatem suis detulit. Sed dum hoc miraculum passim innotescit, ne elationis tumorubreperet, relicto Episcopatu castella perlustrabat, multos sanando, & regnum Dei prædicando. Eratque præcipuum eius studium, Sanctorum loca visitare, & eorum orationibus humiliter se cōmendare. Tandem Romam peruenit, ubi in Ecclesia S. Petri per undecim annos & amplius Deo seruuit. Quibus peractis, peregrinationem resumens, Franciam intravit, & sanctum Fiacrium, quondam patris sui seruum inuenit; apud quem tamen, peregrinationem preferens, manere noluit. Dum autem propositum impleret, ingressus est Comitis Eulfi curtim, Axonæ contiguam, ubi sitibundo viro vxor Comitis improbè potum negauit. Vnde Dei iudicio penuria eius exaruerunt: Eulfus autem recognita, infuscatus est beatissimum Kilianum, & humili petitione redditū eius impetravit; sed & benedictionem domus suæ. Non enim deerat Dei clementia beato viro in hunc modum oranti: *Domine Iesu Christe, effunde super hanc domum gratiam benedictionis tuae, & quæ peccatis exigentibus perdita fuerit*

fuerunt, abundantia pietatis tuae restitue. Hancenus ex historia, quam ex monte S. Eligij accepi; sed imperfectam. Quare ut eum defectum aliunde suppleam; legitur in Chronico Atrebatenſi: *In vico Albiniaco est monasterium Canonicorum, videlicet Sancti Kiliani, qui Scotus fuisse traditur.* Huc etiam pertinere arbitror, quod in vita Sancti Faronis Meldorum Episcopi de Chileno legitur.

Porrò, inquit auctor, Chilenum Scotum, virum sanctum Faro ad Atrebatenſes misit, quos ille doctrina & illustribus miraculis ad Christum duxit. Sedente quandoque eodem Chileno ad mensam cum Farone, poculum vitreum è manibus pincerna excidens, confractum est. Cernens ea rem ministri animum perturbatum Chilenus, vultumque eius pallore perfusum, clam ei innuit ut fragmenta poculi ipsi praberet. Quae cum accepisset, fusis ad Dominum precibus, pro fragmentis, redintegratum poculum homini mōrenti restituit. Ita Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

## CAPUT XXIV.

MAREOLENSIS ABBATIA, IN  
diœcesi Atrebatenſi, ordinis elim  
Aroasiensis.

**S.** Bertilia Virgo, ex nobilissima Francorum prosapia, oriunda, adamata fuit à Guth-